Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36544
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ante clementē numerentur epi. Ac clemens tamen post obitū petri
docendi susceperit sedem. Sed iam uideam scribens iacobo fri dñi
opis sui clemens ipse qd sumat narrationis initium. Explicit
ploqus. Incipit lib primus Recognitio
nū sci Clementis.

GO. CLEMENS. IN
URBE ROMA NATUS. EX PRIORI
ætate pudicitiæ studiū gessi. dū me
animi intentio uelut uinculis quibdā
sollicitudinis ac meroris a puero innexū
teneret. Inerat enim mihi cogitatio incertū sane unde initiū sumpserit. crebro enim ad memoriā meā conditionē mortalitatis ad
ducens simulq; discutiens. utrūne sit mihi aliqua uita post mortē.
an nihil omnino postea sim futurus. si ñ fuerim ante quā
nascerer. Vt si nulla prorsus uitæ hui erit post obitū recordatio
ac ita immensitas tēporis cuncta obliuioni ac silentio dabit. ut
ñ solū non sim. sed neq; qd fuerim habeat in memoria. Sed ac illud
uersabat in pectore quando factus sit mundus. aut si omnino
factus sit. Vt ante quā fieret qd erat. an semp fuerit. Nam ū in
certū uidebat qd si esset factus. esset p fecto soluendus. Ut si soluat
qd iterū erit. ñ forte obliuio cuncta ac silentiū teget. aut for
te aliqd erit qd nunc sentire mortaliū mens ñ potest.
Hæc ac his similia nescio unde indesinenter animo reuoluens.
nimietate meroris incredibiliter tabescebam. ac qd est grauius.
si quando respuere ame huicemodi curas uelut minus utiles co
gitabam. ualidiores fructus sollicitudinū consurgebant. Inerat
enim mihi comes optima. q me quiescere ñ sineret. immortalitatis
cupido. Ut enim post rerū exitus docent. ac gratia di omnipotis ostendit.
hæc me intentio ad inquisitionē ueritatis. ac ad agnitionē uere